

voluntate concipere delectationem, aut gaudium de accessu ad mulierem, si esset illa, non tamen in appetitu sensitivo. Quia delectatio in hoc consurgens oritur ex vehementi commotione spirituum vitalium subseruientium generationi: & proinde est quasi inchoatio coitus presentis, qui illicitus est: cum conditio minimè adsit. Deinde, quia actiones appetitus sensitivi non feruntur in objecta sub conditione aliqua, sed absolute. Illa enim spectant, ut proponuntur ab imaginatiua, quæ nequit conditionem apponere: aut præscindere rationem communem à particulari. Atque ita delectatur appetitus sensitivus de illo actu independenter à conditione. Quod bene explicat Caietan. in 1. opus. tr. 14. de delectatione morosa, dubio primo. Similiter tactus in his sunt mortales, nisi habeantur in gratiam alterius coniugalis tacti, vel expresse petentis debitum. Tunc enim spectant ad redditionem debiti. Et constat ex eadem ratione. Sed obijciens, Sicut dubius de matrimonio valore, caret iure iustitiæ, ad petendum: ita qui contraxit affinitatem, ad cognationem cum coniuge & vtrique, fas est reddere. Ergo vel vtrique, permilla sunt delectatio illa, & tactus: vel neutri. Sed dic, illum priuari eo iure ab intrinseco, & ex natura rei, propter dubium de matrimonio honestatis actum valore: hunc verò ab extrinseca Ecclesiæ prohibitione in admisi delicti penam. Quæ extendenda minimè est ultra terminos, in quibus loquitur. Ut explicuimus numero præcedenti.

25. Quarta conclusio. Mihi est multò probabilius contra sententiam num. 20. relata, quando ratione voti non licet coniugi petere, nec reddere, nullo modo esse licitam delectationem partis sensitivæ, aut tactus, sed culpam esse lethalem aduersus votum. Quando autem sola debiti petitiō interdicatur ratione voti, dicendum etiam est, minimè licere prædictam delectationem partis sensitivæ, etiam de redditione concepta sub conditione, si petatur: secus de gaudio, & delectatione voluntatis, sub ea conditione & similiter non licere tactus nisi ad expressam, vel tacitam alterius petitionem: sed omnia hæc esse peccata lethalia contra votum. Sicut explicui nu. præcedenti. Ducor quoniam vouens absolute castitatem, tenetur in quantum potest abstinere ab omnibus illis, quæ castitati ad-

uerantur, solumque illi permittitur id ad quod lex iustitiæ matrimonij obligat, nempe reddere debitum, quando solus ipse vouit: sed firmata lege matrimonij potest abstinere ab illa delectatione, & à tactibus dum non petuntur. Ergo tenetur. Et confirmatur, quia si vouisset se ab ea delectatione, & tactibus abstinere, nisi ad alterius coniugis petitionem, teneretur vtrique, cum votum sit de re honesta, & sibi licita. At vouens absolute castitatem, promittit abstinentiam ab his. Ut bene docet Vazquez 1. 2. q. 74. art. 8. disput. 112. num. 10. Quod inde constat, quia hæc aduersarij potestati. Et ita si solutus vouens castitatem delectetur morose in re venerea, vel libidinosa tactus habeat, est reus voti. Secundo, quoniam longè disparatio est de aliarum rerum delectatione, quæ ex circumstantia extrinseca sunt, maiore: ut quando actus coniugalis est malus ob fatuum periculum, vel ratione loci publici, aut affinitatis contractæ. Quia illa delectatio vel tactus non opponuntur illi circumstantiæ extrinseca. At his directè opponuntur voto extrinseco. Quod obligat ad abstinendum ab omnibus venereis, & consequenter ab his. Tandem, quia si his licent coniugibus carere, necesse est, ut vtrique illi num. 20. relati id negant de impudicis. Cum ex se permitti illis sint secluso pollutionis periculo, & solū ratione extrinseci voti prohibeantur, sicut & alij tactus. Nec verum est reputari idem moraliter cum copula. Nam omnibus coniugibus effectus impotentibus post matrimonium, vel affinitatem, vel cognationem, vel ubi est periculum notabile salutis, vel abortus, licent ij tactus: ut probauimus nu. 21. 22. & 23. Cum tamen copula ipsa minimè liceat.

Ultima conclusio. Si alter, vel vterque, coniux vouisset solum se non petiturum debitum, omnia hæc illis licent. Quia nõ aduerantur illi voto, quod solum interdicat debiti petitionem: & ex alia parte sunt ex sua natura illis licita ratione matrimonij. Ad argumentum propositum num. 19. dic talem esse delectationem, quale est obiectum secundum se, sub intrinseco secus quando ab extrinseca circumstantia malitiam habet, cui circumstantiæ delectatio nõ aduersatur. Quod contingit hic, ut explicuimus nu. 25. Ad primum argumentum, ut propositis nu. 20. constat ex dictis nu. 21. 22. & 23. Quia in casu periculi morbi, aut affinitatis contractæ, delectatio, & tactus

minimè

minimè opponuntur circumstantiæ extrinseca: ob quam redditur vitiosa copula coniugalis: secus in casu voti. Ad secundum dic maiorem propositionem esse veram, quando delectatio illa rei malæ ab extrin-

seco, nullam aliam malitiã haberet, quàm redundantem ex ipsa obieci malitia. Quod hic non contingit: est enim mala, propter specialem illius voti extrinseca obligationem, cui directè aduersatur.

DISP. QUADRAGESIMA QUINTA.

Vtrum coniugibus liceat delectationes morosæ, tactus, aspectus, verba turpia, cū pollutionis præuisæ, sed non intentæ periculo? Et generaliter quando pollutionis periculum efficiat nouam culpam mortalem, vel talem, quæ antea mortalis minimè erat?

SYMMARIVM.

26. Vot sunt quæstiones disparanda. num. 1. Pollutio, & distillatio qualiter differant, & in quo illa cognoscatur? Et remissus, cur nunquam liceat procurare seminis expulsiōnem? Et quid, si illud corruptum sit? Et quid de permissioe fluxus? Et quid, de procuratione distillationis? num. 2. Ad malitiam pollutionis, vel effectus præter voluntatem contingenti, nil refert siue in somno, siue in vigilia accidat. num. 3. Vacat culpa dare operam causæ aliis licita, ne cessaria, vel vitii, quænis præuideatur fore, ut pollutio subsequatur? num. 4. Quid, si causa illa sit mortalis ob circumstantiã extrinsecam? num. 5. Quid, si sit periculum consensus, & quando id contingat: & num ob causam vrgentẽ liceat ei se periculo exponere? num. 6. Quid, si ex equitatione sequatur pollutio? num. 7. Quid, si ex tactu etiam partium verendarũ necessario sequatur: ut factio ad medendũ, vel ex amplexu licito? num. 8. Quid, si ex refrigeratione partium verendarũ ad sedandum prurium, vel ex mundatione lanuginis, aut sanguinis menstrui? num. 9. An liceat cum periculo pollutionis auferre impedimenta virtutis generantia? num. 10. An sit culpa lethalis, non vitare causam in qua præuidetur pollutio, ubi deficit necessitas, aut vitilitas illius causæ? Refertur triplex sententia. nu. 11. 12. & 13. Duplex est causa, ex qua potest subsequi pollutio. num. 14. Tenuis est obligatio vitandi pollutionem, quæ præter intentionem sequitur. num. 15. Solum est mortale non vitare causam pollutionis præuisæ, quando causa est turpis, & per se, ac ex natura sua tendit ad pollutionem, nec vrget necessitas. num. 16.

Quænis extra genus luxuriæ sit causa mortalis, ut in genere gula, non est mortalis pollutio in ea præuisa. num. 17. Quid, si causa illa mortalis pertinet ad luxuriam ratione solius finis? num. 18. Quid, si causa ad luxuriam pertinet, sit tantum venialis? num. 19. Quid, si sentitur vehemens commotio in perseverantia in re turpi veniali? num. 20. Quid, si res leuiter turpis, sit mortalis ratione desiderij fornicandi? num. 21. An sit veniale contra castitatem, quando vel causa est illicita, non tamen est per se causa: vel est licita, at desideratur necessitas? num. 22. An omnis actus mortaliter turpis, siue in eo præuideatur pollutio, siue non, habeat specialem pollutionis malitiam? num. 23. Inter solutos solus ad aliis mortaliter turpis habet specialem pollutionis in eo præuisæ malitiam? num. 24. Si quis negarij se habeat, aut tepidè resistat vehemẽti delectationi venereæ, præuidens pollutionis periculum, peccat mortaliter ratione illius? num. 25. Causa aliis licita, notabiliter influenti ad pollutionem, est peccatum lethale vacare, ubi non excusat causa vrgens. num. 26. Qualiter intelligatur talem esse pollutionem indirectè voluntam, qualem causam? num. 27. Pollutio hæc an sit vere peccatum distinctæ malitiæ, à mulieria causæ? num. 28. An vacet culpa pollutio subsequens penitentiã causæ datæ? num. 29. An sit necesse fateri pollutionem, vel fati sit causam? num. 30. Reprobantur dicentes fieri posse, ut ebrietatis, somnive tempore, gratia perdat. num. 31. An sit peccatum mortale dare causam notabilis distillationis? num. 32. Soluntur argumenta. num. 33. Post n. 33. inuenies summaria quæ desiderantur.

Pppp 2 DIS-

1 **D**isputatio hæc valde difficilis pen-
det ex cognitione naturæ pollutio-
nis, quando nō est intenta, sed
præuidetur in causa. Eri deo præ-
mittenda est questio, quando dare operam
causæ, in qua præuidetur, sit lethale, ratio-
ne pollutionis præuisæ. Deinde disputa-
bitur, quando tactus, aspectus, turpia verba
inter coniuges, sint mortalia ob pollutio-
nis non intentæ periculum?

2 **Q**uestio prima. An semper sit culpa le-
thalis, vacare adioni in qua præuidetur
pollutio præter intentionem subsequen-
dæ? Supponendum est primò, ex membro
pudendo præter vrinam, & semen, proce-
dere aliquando tertium quædam humo-
rem medium: qui semini est similis in co-
lore, & infectione, carnisq; commotione,
quæ aliquando ipsum comitatur: dissimilis
autem, eo qd non sit ita mordax, ac grossus,
faciliusq; fluat, nec cum tanta carnis com-
motione, & in minori copia aliquandoq;
imperceptibiliter, & sine carnis motu. Hic
solet appellari distillatio. Sic D. Thom. o-
pusculo 64. c. de fluxu libidinis. Gerson 2.
p. tractatu de pollutione diurna, propo-
sitione 4. alphabeto 38. litera E. Caietan. o-
pusculis, tomo 1. tract. 22. de pollutione ex
auditur confessionis, q. vnica, artic. 2. §. ani-
maduertere tamen, in fine. Margarita confes-
sorum, q. moralibus, fol. 156. Addunt Caiet.
& Margarita, nō esse magis curandum
de hac distillatione, nisi ipsam carnis rebel-
lio comitaretur, quàm de sudore. Et D.
Thom. hoc ait esse signum, quòd pollutio
minimè sit. Quia hæc in vigilia contingere
nequit absq; carnis commotione, ac ve-
neria delectatione. Cur autem pollutio-
nem nunquam etiam pro vita tuenda pro-
curare liceat? Diximus disp. 17. num. 16. &
num. 19. quid, vbi semen est corruptum? &
nu. 18. Quid de distillatione? & nu. 17. An
liceat pollutionem inceptam non interrumpere,
sed permittere: & ad illius perfectam
emissionem auxiliari?

3 **S**ecundò supponendum est, nil referre
ad malitiam pollutionis, aut effectus cuiuslibet,
præter intentionem euenientium, in sola;
causa indirectè volitorum, siue
in somnis, siue in vigilia accidunt. Quia
cùm in sola causa sint indirectè volita, in
ea sola habent rationem boni, vel mali
moralis: & proinde cætera per accidens cõ-
tingunt. Ita Caiet. quæst. vnica, in princi-
pio, quam num. præcedenti allegauit. Armil-
la. verb. pollutio. num. 3. Metina 1. 2. q. 74.

art. 6. vers. 2. notandum. Zumele ead. m. q.
arr. 8. disp. 4. ante dubium primum, dicto
2. Valentia 2. 2. dispur. 9. q. 3. puncto 3. §.
porrò ad incurrendum.

His præmissis constat inter omnes Do-
ctores, quoties pollutio sequitur præter
intentionem ex causa aliqua necessaria, vel
conuenienti corpori, vt est cibi, vel po-
tus moderatus, aut animæ, vt orare, stude-
re: vel vtili alijs, vt est audire cõfessiones,
fœminas cautè & cum necessitate alloqui,
nullam esse culpam non desistere à causa il-
la, quanuis in ea præuidetur pollutio in-
de subsequenda. Probatur primò, quia ille
patiens pollutionem potius patitur, quàm
agar. Vt dum ex natura infirmitatis proce-
dit. testatur D. Gregor. responsione 11. ad
Augustinum, & refertur cap. testamētum
d. 6. Secundò, quia non imputatur ius suū
prosequenti, effectus per accidens, ac præ-
ter intentionem subsequutus, nō ergo ob
pollutionem non intentam, arcendus est
quis, ne pleriq; actiones sibi, vel proximo
conuenientes, ad quas ius habet, exerceat.
Alias multas actiones necessarie essent om-
mittenda, ac innumeri laquei iniicerentur.
Atq; ita docent D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 5.
corpore, Caiet. opus. tomo 1. tract. 22. de
pollutione ex audientia confessionum, q.
vnica, art. 1. & 2. Gerson 2. p. tract. de pol-
lutione diurna, propositione 12. alphabeto
38. litera I. Abulenſis, c. 5. Matth. q. 246.
vers. secunda causa, & q. 247. vers. aliter
potest dici. D. Anton. 2. p. tit. 6. c. 5. §. quan-
tum ad causam, vers. secunda causa. Tabie-
na. verb. cogitatio. quæst. 6. num. 7. fin. Ar-
millæ. verb. pollutio, num. 1. Nauarr. summa.
cap. 16. Hispanè. num. 6. Latinè. nu. 7. Le-
desma 1. p. quæst. 21. art. 7. dubio vltimo.
Margarita confessorum, quæst. moralibus,
fol. 156. Nieuu summa, tit. 105. Metina lib.
1. summa. cap. 14. §. 18. fol. 120. & 12. q.
74. artic. 6. dubio speciali, quod mouet de
hac re. Zumele ea. quæst. art. 8. disp. 4. ante
dubium 1. & ibi Vazquez disp. 15. num. 2.
& Turrecrem. cap. non est. d. 6. num. 2. &
4. Valentia 2. 2. dispur. 9. quæst. 3. puncto
3. §. cùm autem causa. Nauarra lib. 2. de re-
str. cap. 3. dubio 2. de indirectè occidente,
in noua editione, nu. 131. Ludouicus Lo-
pez. 1. p. instr. c. 73. §. penultimo, & fin.
Manuel. 1. tomo summae. 2. editione, cap.
211. num. 1. Graffis 1. part. decimonum,
lib. 2. cap. 87. fine. Emmanuel Sa summa.
verb. luxuria. vers. pollutio inuoluntaria.
Vega 2. tomo summae, cap. 67. casu. 1. Phi-

Iarcus

Iarcus de officio Sacerd. tomo 1. p. 2. lib.
4. cap. 18. sine.

5 **I**ndò idem dicendum est, quanuis ea cau-
sa licita, in qua pollutio præuidetur, sit illi-
cita ratione circumstantiæ extrinsecæ. ni-
hil ad pollutionem conferentis. Vt si quis
cõfessiones audiat ob vanam gloriam: vel
cibos necessarios sustentationi edat, quibus
præceptum ieiunij violat: pollutio enim
inde præter voluntatem sequitur, quanuis
præuisa, vacabit omninò culpa. Quia si a-
ctus est de se licitus, & conueniens: atque
circumstantia, qua vitatur, nil inliciti quòd
pollutio subsequatur, sed potius ex nature
infirmitate procedit. Deinde, quia eadem
ciborum sumptio in die non ieiunij, minimè
tribuetur culpa, ratione pollutionis in
ea præuisæ: ergo nec quanuis ea violeat
ieiunium. Siquidem hæc violatio impertinens
est, vt pollutio sequatur. Demum,
quia damna nihil imputantur ius suum
prosequenti, quanuis aliunde peccet. Vt
constat in iudice puniente reum, ob iram,
vel inanem gloriam.

6 **E**st tamen doctrina hæc temperanda, ni-
si probabile consensus in pollutionis de-
lectationem periculum subsistat: tunc enim
quantumuis causa licita sit, est ab ea ab-
stinendum sub culpa lethali. Quia amans pe-
riculum peribit in illo, Ecclesiastici 3. Sic
Caiet. opus. tomo 1. tract. 22. de pollutio-
ne, quæst. vnica, art. 2. §. animaduerte tamē.
Tabiena, Nauarr. Margarita confessorum,
Graffis, Ludouicus Lopez, Emmanuel Sa,
quos num. 4. retulit. Tunc autem id pericu-
lum contingit, quando quis expertus est se
in simili occasione ferè semper in culpam
mortalem labi. Vt docent Caietan. summa
verb. periculum, vbi Arm. num. vnico. Nauarr.
summa Latina. cap. 3. num. 14. Hispani-
ca. cap. 28. additione ad eundem nu. Cordu-
ba summa, q. 4. fol. 18. vers. lo segundo.
Manuel. 1. tomo summae. 2. editione, cap.
49. num. 3. Huic autem periculo licitè quis
se exponet ob causam valde urgentē, pro-
ponens firmiter se non consensurum. Vt
gratia mendendi fœminæ, vbi aliud deest
medicus. Quia amans periculum minimè
dicitur, qui necessitate compulsus in illud
se conicit, & de diuina misericordia con-
fidere meritò poterit, fore vt maius sibi au-
xilium impèdat, quòd a lapsu caueat. Quod
significat D. Basilus de constitut. mona-
sticis. c. 4. paulò post principia, his verbis.
*Bellum quod præter voluntatem incidit nobis,
excipere fortasse necessarium sit, ipsum verò ali-*

*quem voluntarium sibi creare summa bulicæ
est. Idq; colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 104.
art. 9. corpore, in fine, vbi docet infirmis
in fide interdicens, esse fidelium parti-
cipatione, nisi urgeat necessitas. Et ex Caiet.
summa. verb. periculum, & ibi Armilla
nu. vnico, vbi tradunt incaute la peccatum
esse, exponere se periculo, nisi urgente ne-
cessitate. Et ex Nauarr. summa Latina. cap.
3. num. 15. Hispani. c. 28. addit. ad eundem
num. Corduba in summa. q. 4. fol. 20. §. y
entonces, vbi docent posse absolutum non vi-
tantem peccati occasione propropin-
quum, dum cogit necessitas illi se exponere. Et
ex Calstro lib. 2. de iusta hæret. punit. cap.
17. col. 9. sine, & sequenti, vbi ait tentatio-
nibus fidei vexatis, legentes hæreticorum
libros, excusari à periculo lapsus, cui se ex-
ponunt, si ex causa necessaria id efficiant.*

*Hinc deducitur, expertum se pollui ex
equitatione, absque consensu periculo, nō
teneri pedesrem incedere, ab illaq; desi-
stere. Quia est res vtilis, nec causa per se,
& suapte natura pollutionis. Sic Nauarr.
summa cap. 16. Latinè. num. 7. Hispanè. nu.
6. Vazquez. 1. 2. quæst. 74. art. 8. disputat.
13. num. 8. Ludouic. Lopez. 2. p. instr. d.
de Eucharistia cap. 76. §. sequitur etiam
corollariè. Manuel 1. tomo summae. 2. edi-
tione, cap. 211. num. 1. Armilla verb. pol-
lutio, num. 1. Vega 2. tomo summae cap. 67.
casu 1. d. de iudic. q. 1. num. 10.*

8 **S**ecundò deducitur, pollutionem præ-
ter intentionem subsequitam ex tactu li-
cito, & in eo præuisam, quando tactus ille
est necessarius, & cessat consensus pericu-
lum, carere omni culpa. Vt ex amplexu iux-
ta patriæ consuetudinem, quo curato in
notam inurbanitatis incidere tur. Et ex ta-
ctu quo chirurgus verenda fœminæ attri-
bat: vel ex eorum aspectu, causa medicinæ
adhibenda: Quoniam enim hæc causæ valde
influant in pollutionem, sunt tamen valde
necessariæ, & suapte naturaliter, quare ef-
fectus præter intentionem inde sequutus
non cogit ab eis abstinere. Idq; amplius
constabit ex tradendis num. sequenti.

9 **T**ertid deducitur solutio cuiusdam quæ-
stionis, de qua magna fuit dissensio inter
viros doctos de illa consultos. Num liceat
sentienti magnum pruritum in partibus
verendis, illas refricari, quòd pruritum se-
det, si adsit pollutionis periculum, absque
consensu discriminè? Quid enim id non
licere contendebat, Quia tactus ille, & re-
fricatio proximè tendit ad pollutionem.

Alij verò licere affirmarunt. Quibus assentior. Nam iusticia & necessitas cause excusat. Experientia enim compertum est, quatum doloris, & molestie pruritus ille affectus: esse difficillimum, ne dicam moraliter impossibile, & molestanter abstinere. Deinde, quia mulier nupta patiens venendorum arduum, si fieri possit copule apta per incisionem factam à chirurgis, tenetur illam pati, iuxta cap. fraternitatis, de frigid. & malefic. Quod medium violentius est, magisq; ad pollutionem excitat. Præterea, quia similiter licent aspectus, & tactus illarum partium, vt matronæ iurare possint, nam à viro cognita sit. Iuxta cap. propofuisti, de probat. & c. nec aliqua. 27. q. 1. quæ omnia quanuis ad pollutionem ex se prouocent, necessitas excusat. Itē, quia nemo damnaret mundantem verenda à lanugine, sanguine menstruo, ne pruritus patitur, aut factorem, quanuis inde præter intentionem subsequatur pollutio. Ergo si necessitas in hoc casu excusat, excusabit pariter in illo.

Quarto deducitur, licitum esse virtutis generatiuæ obstacula remouere, adhibitis medicinis naturalibus, minime redentibus ad verum semen expellendū, sed ad remouendos humores corruptos: licet inde præter intentionem sequatur pollutio, absque consensu periculo. Et hoc est, quod subobscurè dixit Altiſio dorenſis lib. 2. suæ sūmæ, tract. 28. c. 2. q. 2. incidenti: & nō quod ipsi ab aliquibus imponitur, nemp̄, vt voluerit licere aliquando seminis effusionem procurare. Quoniam salus virtutis generatiuæ pertinet ad naturæ humanæ integritatem, nec minus bona est, quam aliarum corporis viriū sanitas. Nec medium illud ordinatur ad pollutionem. Quare audiendus non est Corduba lib. 1. questionarij. q. 23. dubio 14. Altiſio dorensem reprobandus; eod̄ q̄ pollutio illa videatur voluta in causa, instar homicidij ab ebrio commissi, antea præuisi. Sed negandum est volitam esse in causa. Sicut nō est voluta, dum præuidetur in alijs causis necessarijs, aut valde vitilibus. Eod̄ quod nulla sit obligatio illas vitadi ob pollutionem subsequentem.

Tota autē difficultas huius disputationis eod̄ spectat: An vbi nec necessitas, nec causa vitilis ad est, sit mortale illi operam dare, ob pollutionem in ea præuifam, absq; periculo consensus in illam? Triplex est sententia. Prima docet esse mortale, quanuis causa alijs licita sit. Probat primò, quia

nefas, & crimē mortale est, sibi, vel alij graue damnum corporis, vel animæ absq; causa sufficienti permittere. Pollutio autem graue malum corporis est, ipsum foedans: & animū, quem inficit, turbat, & ad prauam delectationem quasi trahit. Secundò, quia partem corporis, vt manum sibi abscondere absq; vrgenti necessitate, mortale est. Semen autem dum intra viscera est, pars est ipsius hominis. Et confirmatur, quia strictior est obligatio non prodigendi semen, ob bonū proles ad quod ordinatur: quam manum conseruandi. Hanc enim abscindere ob totius incolumitatem indiuidui, fas est. Illud autem in nullo euentu licet effundere extra copulam coniugalem. Tertio, quia præuidens in somnijs subsequendum homicidium, aut fornicationē ex causa licita in vigilia voluta, tenetur sub mortali causam vitare. Ad pollutionem peior est fornicatione: & damnum infert proli. Quarto, quia licet strictior sit obligatio vitandi damni proprii, vel proximi existētis, quam proli possibilis. At vtraq; obligatio eodē præcepto, & sub mortali imponitur. Quinto, quia natura commisit hominivsum rerū ad finem ab ipsa institutum, nisi vrgēs causa aliud suadeat. Vt concessit membra corporis, vt custodiret, nec periculo exponeret, nisi ob reipublicæ, aut maius proprium bonum: & semen similiter tribuit ad bonū generationis in matrimonio. Ergo contra naturæ ordinem est, & subinde mortale, sit xum seminis absque causa vrgenti permittere. Sexto, quia nō impedire pollutionem illā in causa alijs licita, nec necessaria præuifam, est aliqualis culpa cōtraria castitati. (vt dicemus nu. 22.) Et non potest esse venialis. Cū materia sit grauis, nec sit defectus voluntarij: est enim præuifa. Septimò, quia qui vult antecedens, vult consequens quod ex eo infertur. Et qui vult causam, vult effectum. 1. 1. §. 1. ff. si vifusfructus petatur. Ergo volens causam in qua pollutionem præuidet, ipsam pollutionem vult: ac proinde reus erit culpa mortalis. Et confirmatur, quia dum operans nouit duplicem suæ actionis effectum, vterq; est voluntarius. Octauò, quia in reliquis præceptis etiam humanis, non excusat quanuis causa, sed necessaria, vel valde vitilis. Ergo à fortiori, in hoc, quod iuris naturalis est, & versatur circa rem intrinsecè malam. Nonnō, quia præceptum obligans ad vitandam pollutionem, obligat subinde ad abstinendum à causa, in qua præuide-

tur.

tur, vt constat in præcepto non occidendi. Et idē de huius sententia sunt, Medina 1. 2. q. 74. art. 6. ad 3. & 4. Zúmel eadem quest. art. 8. disput. 4. ante dubium. 1. in solutione ad 1. & ad 1. confirm. Valentia. 2. 2. disp. 9. q. 3. puncto 3. itaque duo requiruntur: & sunt autem: & sitaque ad cognoscendum. Manuel. 1. tomo summæ 2. editione. c. 2. 1. nu. 1. ad medium, & in fine. Eiusdē sententia videtur expressē Nauarra lib. 2. de restit. cap. 1. dubio 3. in noua editione. num. 39. & 40. vbi equiparat homicidium, & pollutionem in causa præuifa: & ait scientem ex nimio potu, equitatione, somno, non necessarijs, nec vitilibus, illa subsequi, reum esse culpe mortalis. Et cap. 3. difficultate 2. de indirecte occidenti nu. 13. l. 6. mihi videtur, ait fas esse, opus alijs licitum, & necessarium facere, licet inde effusus seminis sequenda sit: vbi ponderat, vt opus sit licitum, & necessarium. Atque fauent Sotus. 4. d. 12. quest. 1. art. 7. vers. ex his autem colligit. Corduba lib. 2. questionarij. q. 23. columna penult. §. 5. probatur. Grassi. 1. p. decisio num. lib. 2. cap. 37. num. 13. vbi aiunt præuidentem pollutionem, eod̄ quod resupinus dormiat, aut iusta reflectionem sumat, non teneri à eā abstinere: aut aliter iacentem dormire, si non ita commodè potest. Vbi in causis licitis, ne impuretur pollutio præuifa, petunt aliquam commoditatem, & vtilitatem.

Secunda sententia docet, dantem operam cuiquam; rei illicitæ, etiam veniali, teneri sub mortali, ab ea abstinere, ratione pollutionis in ea præuifæ. Vt quando ex nimio cibo, aut potu, qui excessus est communit venialis, præuidet pollutionem subsequendam. Ducitur, quia dantem operam rei licite excusat à pollutione præuifa, iuris sui prosecutio. Quæ ratio in rei licita veniali deficit. Cū nemo ius peccandi habeat. Secundò, quia effectus malus in causa præuifus, communicat causam suam malitiam. Cū ergo pollutio sit ex se mortalis, præuifa in causa veniali, reddet illam mortalem. Tertio, quia excessus in potu de se venialis, efficitur mortalis ratio ne ebrietatis in eo præuifæ. Quarto, quia saltem quando causa venialis ad luxuriam pertinet, hoc habebit verum. Quia ex huiusmodi rebus frequentius sequitur pollutio: atque ita erunt per se causæ. Hanc tenet Armilla. verb. pollutio. num. 1. vbi ait esse indirecte volitam pollutionem, & ita non excusari, quando absque iusta cau-

sa aliquis detinetur in cogitationibus turpibus: aut non dat operam rei licite. Et fauent Sotus. 4. d. 12. quest. 1. art. 7. versic. ex his autem colligit. Corduba lib. 2. questionarij. q. 23. columna penult. §. 5. probatur: Ludou. Lopez. 2. p. infruct. cap. 76. de Eucharistia, sequitur etiam corollarie, vbi aiunt tunc esse peccatum, pollutionem non mortalem, quando est virtute voluta per applicationem vitiosæ causæ, vt cogitationis turpis, erapula, ingluuie. Et fauent Enriquez lib. 5. de penitentia. cap. 5. num. 5. in commento, litera Z. in fine, vbi dicit causam per se venialem posse mortalem efficitur euentus futuri in ea præuifus. Sed ibi agit de homicidio in causa veniali præuifus: in quo est longè dispar ratio. Vt dicemus num. 15.

Tertia sententia docet pollutionem esse mortalem, quoties causa, in qua præuidetur est mortalis: & proinde tunc adesse illi adui specialem malitiam ratione pollutionis præuifæ. Probat, quia tunc nō est tanta difficultas vitandi causam, ac quando solum venialis est: ac proinde difficultas minimè excusabit. Nec etiam excusatus aliquod quod operans profectur. Cū tunc omni profectus iure desitutus sit ad opus, quod lethale crimen est. Secundo, quia cū illa pollutio non sit in se voluta, sed in causa in qua præuidetur, in tantum mala erit, in quantum mala est causa: in tantum enim culpa est, in quantum est voluntaria. Si ergo causa est lethalter mala, talis erit pollutio. Et confirmatur, ex D. Aug. lib. 22. contra Faustum, vbi ait, Loth non quantum in cessus, sed quantum ebrietas præcedens meruit, in culpa fuisse. Huius sententiæ videtur clarè. D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 5. corp. & Turrec. c. non est d. 6. num. 2. vbi culpam pollutionis iuxta culpam causæ metiuntur, dicentes non mortalem pollutionem ex culpabili causa procedentem, culpam esse, secus quando ex inculpabili. Et claris Caietan. opusculis, tomo 1. tractat. 22. de pollutione. quest. vnica, art. 2. & 2. quest. 64. artic. 8. col. 2. pauld ante §. & confirmatur. Angelus. verb. pollutio, initio, Sotus. 4. d. 12. quest. 1. art. 7. pauld post principium, vbi asseruerant pollutionis huius bonitatem, vel malitiam moralē ex bonitate, vel malitia causæ estimandum esse. Et adhuc claris Gerson 2. p. tract. de pollutione diurna, propositione. 1. alphabeto 38. litera E. Medina libro 1. summæ cap. 14. §. 18. fol. 120. Lu-

douicus Lopez. 1. par. instr. cap. 73. sine Vega. 2. tomo sum. ma. cap. 67. casu 1. ubi aiunt: indistinctè pollutione ex causa mortali procedentem, esse mortalem, & ex causa veniali, venialem. Eiusdem sententiæ videtur Syluest. verb. pollutio, in fine, ubi ait tunc illam esse mortalem, quando procuratur, aut venit cum peccato mortali illi coniuncto. Eiusdem est Abulenfis. cap. 5. Matthæi. quæst. 247. versic. si autem ex cibo, ubi ait idem esse iudicium quoad culpam, de pollutione ex nimio cibo, aut potu mortali procedenti, sicut de ea, quæ procedit ex turpi cogitatione: quam paulo antea dixerat esse mortalem. Eandem tenet Ledesma. 1. par. 4. q. 21. art. 7. statim in principio, propositione 10. ubi ait quotiescunq; causa pollutionis est mortalis, ipsam esse mortalem: & dubio 1. sine, docet explicandam esse necessariò in confessione pollutionem procedentem ex nimio cibo, aut potu lethali: & ita clarè sentit esse peccatum mortale: aliter non esset necessariò confitenda. Et idem tenet Bartholomæus à Ledesma de Eucharistia, dubio 24. paulo post principium, ubi dicit talem esse pollutionem, qualem causam: & addit ita esse peccatum mortale, quando prouenit ex cogitatione morosa deliberata, ebrietate, vel crapula. Idem docet Alexander in suo Enchiridion. 2. par. tract. de luxuria. §. si propter crapulam, quòd procedit ex crapula mortali. Referunt pro hac sententiâ D. Tho. 3. p. q. 80. art. 7. corpore: Adrianus. 4. tract. de Eucharistia. q. specialis, de pollutione impediende eius sumptionem, quæ incipit, restat iam videre, an propter corporalem immunditiam. §. ad rationes ante oppositas. D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. ubi dicitur pollutum nocte ex crapula præcedenti mortali, teneri ab Eucharistia abstinere. Sed reuera non sunt huius sententiæ. Id enim impedimentum est ob mortale criminè causæ.

14 Sed vt in re difficillima meam explicem sententiam, duo supposita præmittenda sunt. Alterum est, Causæ in quibus pollutio præuidetur, quædam sunt ex luxuriæ genere, nimirum, quæ per se turpes sunt, & ad luxuriam pertinent directè. Vt tactus, aspectus, verba turpia. Et hæ proximiùs, & sæpius causas sunt veneræ delectationis, excitantq; appetitum ad illam teste D. Th. 2. 2. q. 114. art. 5. corpore. Huius autem rationem vultur: eò quòd inde remaneat quoddam vestibulum, inclinatioq; in anima, ita vt dormiens faciliùs in ducatur, ad aspec-

tiendum a visibus ex quibus pollutio sequitur. Alia verò sunt non ex genere luxuriæ, vt nimius esus, aut potus, equitatio: Hæ enim quamuis venerem excitent, at nõ ita proximiùs, sed remotè. Et idè ad luxuriam minimè spectant.

Alterum suppositum est. Valde tenuis est obligatio vitandi pollutionem in causis, quæ per se, & proximè non ordinantur ad illam: quales sunt, quæ ad luxuriam minimè pertinent: sed per accidens, & præter intentionem agentis ex illis sequitur: dummodo absit periculum consensus in illius delectationem. Quare non est philosophandum de hac obligatione, sicut de obligatione vitandi homicidij in causa præuisione. Quòd inde constat. Quia pollutio non voluta in se, nõ est secundum se peccatum (vt bene docet Vazquez. 1. 2. quæst. 74. art. 8. disput. 115. num. 7. Sed taliter habita: sicut est homicidium. Quòd in omni sententia fatendum est. Aliàs esset mortale causam adhibere quamcumq; ex qua sciretur pollutionem subsequendam: prout contingit in homicidio præuisione. Cum tamen omnes multa concedant licet fieri, in quibus pollutio præuidetur. (vt diximus nu. 4.) Deinde, quia damnū prolis est remotissimū, & multis vijs impediri potest. Rursus, quia cum natura vim habeat quibusdam temporibus expellendi eum humorem. Non multum refert, an paulo ante exeat, dummodo non intendatur. Atq; ita ob modicam utilitatem excusant Doctores eum fluxum. (vt nu. 4. & seqq. vidimus.) Præterea, quia pollutio cuius non est causa, libera voluntas, aut alia notabiliter, vt illa subsequatur, influens, sed præcipuè prouenit à virtute expulsiua, minimè infert damnum notabile prolis. sed sæpe est in commodum illius. Et talis modus expellendi non est ex suo genere contra ordinem naturæ, imò ordine, & vi ipsius naturæ expellitur id semen. Item, quia cum applicatio ad coitum fiat medio appetitu, sola feminis expulsio facta per appetitum, tendit suapte natura ad coitum: quæ autem per vim expulsiuam fit, tendit suapte natura non ad coitum, sed ad naturæ alleviationem. Quare ius naturale prolis inde minimè violatur, sed illæsum manet, si emissio feminis non fiat extra copulam coniugalem, interuenienti appetitu directè, & expressè illam volenti: vel indirectè, & tacitè, applicando causas notabiliter pollutionem excitantes. Quales sunt eæ solæ, quæ ad luxuriam pertinent.

Tandem; quia vis expultrix nec politicè, vt appetitus, nec despoticè, vt manus, subiacet suapte natura gubernationi nostræ: actus autem huiusmodi virium non sunt per se ordinati ad animificam feminis gubernationem: ad quam solam tenetur homo stricto præcepto obliganti sub culpa lethali. Tenuis ergo obligatio est vitandi pollutionem, quæ nec ex appetitu procedit, nec ex causis per se, & notabiliter ad illius fluxum concurrentibus.

16 His præmissis, prima conclusio sit. Tunc solam reperitur culpa mortalis ratione pollutionis præuisione: nec intentæ, quando absq; urgenti necessitate exercetur actio, ex sua natura turpis, & per se tendens ad actus veneres excitandos, pollutionemq; consummandam. Hæc est contra tres sententias propositas. I. præbatur prior pars conclusionis, nempe, esse peccatum mortale ratione pollutionis præuisione, non vitare eas causas, in qua nemo discrepat. Quia lex naturalis obligans ad non procurandam feminis effusionem, subinde obligat ad vitandas causas per se, & notabiliter influentes ad illam: ubi cessat necessitas: perinde enim videtur tunc illas applicare, ac procurare. Vnde (vt rectè ait Caiet. summa verb. pollutio, ad finem) qui vult illas illicitas, periculosas, & sibi notas causas pollutionis propriæ, conuincitur velle culpabiliter ipsam pollutionem, quæ earum est naturalis effectus. Dixi autem absq; necessitate, propter dicta nu. 8. & 9. ubi necessitatem excusare probauimus. Posterior autem pars, in qua discrepamus à tribus sententijs relictis, nimirum, non esse mortale minimè vitare alias causas non turpes, quæ per accidens ad pollutionem concurrunt, sic probatur. Quoniam quamuis aliquo modo concurrant, at non sunt verè, & moraliter causæ pollutionis, sed per accidens, & secundum quid, & potius illa effusio procedit à virtute naturali expellente. Nulla igitur obligatio est sub mortali, eas causas vitandi ratione pollutionis præuisione. Nemo enim tenetur sub mortali, impedire pollutionem procedentem ex causa naturali, non concurrenti alia causa voluta, notabiliter & per se influenti. Eò vel maxime, quòd cum obligatio vitandi huiusmodi pollutionem, fit tenuis, & modica (vt nu. præcedenti probauimus), illi satis fiet, vitando causas turpes, quæ per se, & notabiliter ad pollutionem conferunt. Huius sententiæ videtur Caiet. summa verb. pollutio, ad

finem: & ipsum omnino sequentes, Nietua summa tit. 70. Philircus de officio Sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 4. cap. 18. sine: ubi hæc inquit. Personæ, quæ sine rationabili causa manent voluntarie in cogitationibus turpibus, aut conuersationibus ingerentibus sibi huiusmodi commotiones, incurrant voluntarias pollutiones. Quia volendo illas periculosas causas pollutionis, conuincuntur ipsam velle. Vbi tractantes quando pollutio voluta in causa, fit peccatum mortale: solum meminerit causarum turpium, quæ per se, & suapte natura periculum pollutionis afferunt. Eadem videntur tenere D. Anton. 2. p. tit. 6. cap. 5. quantum ad causam, vers. secunda causa: Angelus verb. pollutio, in fine: Syluest. virginitas. q. 4. ubi tractantes, quando pollutio hæc fit mortalis, explicant, quando procedit à turpi delectatione morosa. Et apertius videtur huius sententiæ Nauar. summa cap. 16. Latine num. 6. Hispanice nu. 5. ubi loquens de pollutione hac, tunc dicit eam esse mortalem, quando quicumq; se illius periculo exponit admittens turpes cogitationes, & earum delectationem, aut se immiscens conuersationibus, aut tactibus turpibus, quæ ad eam prouocant. Addit Latine, idem esse, si aliqua comedat in eum finem, vt ibi pollutio eueniat. Vbi quando de causis turpibus notabiliter influentibus sermonem fecit, nisi aliud exegerit vt pollutio sit mortalis, præter voluntariam causæ admissionem. Vbi autè loquitur de alijs causis per accidens concurrentibus, vt de aliquorum comestione, petit voluntariam expressam excitandi se ad pollutionem. Huiusdè sententiæ videntur Doctores, quos num. 13. retuli, afferentes culpam huius pollutionis merendam esse ex causæ culpa, & esse mortalem, quando ea est mortalis: nam intelligendi sunt de ea, quæ verè, & simpliciter, ac per se causa est. Cæteræ enim causæ nomen minimè merentur. Eiusdem sententiæ est apertè Enriquez lib. 8. de Eucharistia cap. 51. num. 2. ubi ait pollutionem tunc esse lethalem, cum procedit ex causa mortali incitante, in qua est præuisione. Et melius lib. 11. de matrim. cap. 16. num. 6. cum est causa physica, & moralis, quæ prouocat pollutionem. Eandem tenet expressè Suarez 3. p. q. 80. art. 7. paulo post principium, ubi tradit tunc solum in causa pollutionis reperiri culpam mortalem ratione pollutionis præuisione, quòd actio quæ fuit causa pollutionis, ex natura sua est turpis, & ordinata ad actus veneres excitandos,

& consummandos, secus quando illa actio in suo genere habet aliam malitiam mortalem: non tamen vt est causa pollutionis. Et Vasquez 1.2.q.74.art.8. disp. 115. nu. 9. vbi tunc dicit esse peccatum mortale, quoties applicatur causa, quæ ex se nullum alium habet effectum, & per se tendit ad pollutionem: vt tactus. Secus si alium habeat effectum: vt crapula mortalis.

17

Hinc deducitur primò, pollutionem præuisam in gula peccato, etiam mortali, vt in ebrietate, vel nimia comestione mortali, non habere specialem pollutionis malitiam mortalem, nisi sit intenta, aut sit probabile consensus periculum: atq; ita ratione pollutionis præuisæ non tenentur aliquid sub mortali eam causam vitare. Probat de gula veniali. Quia qui comedit, aut bibit, prosequitur ius, quod habet à natura id faciendi: & cum sit difficillimum in cibo & potu, quæ necessariò sumenda sunt, modum tenere: tum propter corruptionem naturæ, & appetitus, tum etiam, quia ignoratur quantitas determinata necessitati naturæ. Vt optimè docet vtrumq; D. Aug. lib. 12. cõfessionum cap. 31. non est quisquam obligandus ad rem adeò difficile, vt vitet pollutionem inuolutariam inde provenientem. Maxime cum talis obligatio vitandi pollutionem, sit tenuis (vt diximus nu. 15.) Et confirmatur, quia in multis hominibus esset frequentissima occasio multorum serupulorum, si quantis causam venialiter illicitam tenerent sub mortali vitare ratione pollutionis in ea præuisæ. Atq; huic magnæ difficultati non præpõderat id remedium ius prolis possibilis, quod tot alia ad sui existentiam desiderat. Probat etiam de gula mortali, rationibus adductis num. præcedenti. Quia hæc causa non ita influit vt subsequat pollutio, ac causæ turpes pertinentes ad luxuriam. Hoc corollarium est contra Doctores citatos pro 1. & 2. sententia num. 11. & 12. & contra aliquos nu. 13. allegatos, dicentes quando crapula est mortalis, pollutionem in ea præuisam esse mortalem. Sed quod attinet quòd gula est venialis, est expressa sententia D. Greg. respons. 1. ad Augustinum, & habetur cap. testamentum. d. 6. ait enim talem pollutionem non obstatre sumptioni Eucharistiæ. At si esset mortalis, obstatret vtiq;. Tenet etiam D. Anton. 2. p. tit. 6. cap. 5. paulo post principium vers. & nota quòd quæuis. Ang. verb. pollutio num. 2. Sylu. ibi, in fine: & verb. virginitas. q. 4. Rosella verb. communica-

re num. 4. sine. Et ibi Tabiena. q. 44. num. 34. sine. Gerfon 2. p. tractatu de pollutione diurna. propositione 1. alphabeto 38. littera E. Adrianus 4. tractatu de Eucharistia. q. quæ incipit, dictum est, quòd somnus excuset à culpa. s. his præmissis. Nauarr. summa cap. 16. Latine num. 8. Hispanè nu. 6. & 8. Ludovicus Lopez 1. p. instr. cap. 74. §. addimus non esse. Et quando gula est mortalis, colligitur ex Doctõribus num. præcedenti allegatis, qui videntur sentire pollutionem præuisam in solis causis turpibus, esse mortalem. Et tenet in propriis terminis, Vasquez ibi allegatus. Idemq; dicendum est, quando illa actio habet alias in suo genere malitiam mortalem, non tamen habet specialem malitiam vt est causa pollutionis. Vt si quis comedat rem grauior salutis nocentem, in qua præuidet pollutionem. Vt bene docet Suarez nu. præcedenti, in fine allegatus.

18

Secundò deducitur, idem dicendum esse, quæuis causæ non ad luxuriam pertinentes, vt nimia comestio, ebrietas mortalis; efficitur lethalis in genere luxuriæ, ratione solius finis intenti ab operante: adhuc enim pollutio in illis præuisa, & præter intentionem accidens, non esset mortalis. Vt si quis calida comedat, vel excedat in cibo, & potu, etiam mortaliter, vt potentior fiat ad fornicandũ. Quoniam finis ille nil cooperatur ad pollutionem: nec desiderium copulæ cessante delectatione in ipsa cogitata, habet rationem causæ pollutionis. Teste Caiet. 2. q. 154. ar. 5. paulo ante. §. in responsione ad 5. Quare sola causa illius pollutionis, est excessus in cibo, & potu. Pollutio autem in huiusmodi causa quæ per accidens habet rationem causæ illius, præuisa, & non intenta, minimè est lethalis. Vt probauit num. præcedenti.

19

Tertiò inferitur, nec esse mortalem pollutionem, quæ sequitur ex rebus venialibus in genere luxuriæ, siue illæ sint veniales defectu plene aduertentiæ, siue ex paruitate materiæ: exemplum prioris partis sit, vt si ex delectatione morosa rei turpis, quæ ex se est mortalis, ac efficitur venialis defectu plene aduertentiæ, sequatur pollutio. Exemplum posterioris, vt si ex tactu leui manus, visu, verbis, lectione, aliquantulum libidinosis, & venialiter turpibus, sequatur pollutio. Vnde res hæc non efficitur mortales ratione pollutionis in eis præuisæ, nec intentæ, cellante probabili consensus periculo: licet nulla necessitas, vel utilitas

inuitet

inuitet ad hæc, sed sola curiositas, & animi leuitas. Probat prior pars, quia vbi est plene aduertentiæ defectus, non potest esse culpa lethalis: & sicut is excuset à culpa lethali delectatione illa morosam quæ suapte natura mortalis est: ita pariter à mortali excusetur pollutionem inde secutam. Atq; ita docent Abulensis cap. 5. Mathæi. q. 247. vers. de tertio patet: & vers. aliter potest dici. Turrec. cap. non est. d. 6. nu. 4. D. Anton. 2. p. tit. 6. cap. 5. §. quantum ad causam vers. secunda causa. Ang. verb. pollutio, in fine, vbi Sylu. in fi. & verb. virginitas. q. 4. Probat posterior pars, nimirum, quando res illæ ex paruitate materiæ sunt venialiter turpes. Quoniam cum hæc obligatio tenuis sit (vt diximus nu. 15.) non obligat sub mortali causam, leuem, & leuiter suapte natura concurrentem ad pollutionem, leuiterq; participantem malitiam illius vitare. Deinde, quæ esset valde difficile vitare omnes causas leuiter lasciuas. At præceptum quod se habet ad omnes causas æquales. Tandem, quia cum causæ illæ leuiter influant, sunt quodammodo, & secundum quid causæ, & potius illa pollutio à causa naturali procedit. Et sic expressè tenet Caiet. 2. q. 64. art. 8. col. 3. paulo ante. §. & cõfirmatur, vbi dicit pollutionem nocturnam procedente ex præuia delectatione veniali, esse solum veniale. Idem Enriquez lib. 14. de matrim. cap. 16. num. 6. & Emmanuel Sa summa verb. luxuria vers. si pollutio nis, vbi vterq; dicit pollutionem præuisam, nec intentam, in aspectu curioso foeminae, lectione turpi non esse mortalem. Et idem Enriquez lib. 8. de Eucharistia cap. 11. nu. 2. exigit vt pollutio sit mortalis, causam incitantem esse mortalem. Eiusdem sententiæ sunt Doctores, quos num. 13. retulimus, dicentes malitiam pollutionis huius ex malitia causæ metiendam esse: & ideò mortalem non esse, vbi causa est solum venialis.

20

Aliqui temperant hoc nisi per se ueretur in prædictis rebus venialiter turpibus, sentiturq; vehemens commotio appetitus, & periculum pollutionis proximum, etiam absq; consensus periculo: tunc enim dicitur esse mortale. Ducuntur, quia tenetur quilibet sub mortali cohibere appetitum, nec habere se negatiuè (vt num. 25. dicemus) quòd imminet proximum pollutionis periculum. Sed displicet limitatio. Quia ea doctrina vera est, quando dilectio turpis, vel alia causa notabiliter influit, vt sequa-

tur pollutio. Quales non sunt res leuiter turpes.

Imò idem credo, quantum res illæ leuiter turpes essent ex alia ratione peccati mortale: nempe, ex voluntate copulæ, vel habedi tactus inhonestos: adhuc enim non efficeretur mortales ratione pollutionis in eis præuisæ, dum modo nec in delectationem veneream, nec in cogitationem sit consensus, nec periculum consensus in pollutionem. Atq; ita id solum erit peccatum mortale prauit illius desiderij, non autem mortifici. Quoniam res illæ leues non influit notabiliter ad pollutionem, nec desiderij illud, dum non persistitur in cogitatione, & delectatione turpi: quæ solent vehementer excitare appetitum, viretq; pollutionis emissus commouere (vt ex Caietani mète diximus nu. 18.) Atq; quæ ibi diximus, hoc idem probant.

22

Negandum tamen non est, esse peccatum veniale contra castitatem, pollutionem illam præuisam in causis illicitis, quæ non influit notabiliter ad illam. Quod de pollutione secuta ex crapula, fatentur D. Greg. responsione 11. ad Augustinum: & refertur cap. testamentum. d. 9. & ibi Glossa verb. diurna. Gerfon 2. p. tract. de pollutione diurna, propositione 1. alphabeto 38. littera E. Et de pollutione secuta ex causis leuiter turpibus, docet Emmanuel Sa summa verb. luxuria, vers. si pollutionis. Imò quando præuideatur in causis licitis, & illæ non vitantur, cum nulla addit utilitas: existimo esse peccatum veniale contra castitatem. Quia aliquantulum illa offenditur, non vitata pollutione illa turpi, eiusq; inimica, nulla utilitate cogente ad causam illicitam.

23

Quartò inferitur, omnem actum turpem mortalem contra sextum præceptum, si in eo præuideatur pollutio etiam non intenta, habere specialem malitiam contra naturam, ratione illius pollutionis præuisæ. Quia notabiliter ad illa influit, estq; per se causa illius. Et hoc amplius probatumus num. 16. Imò quando quis persistit in actu turpi, si sequatur pollutio, aut addit illius periculum, quantum non præuideatur, contraheatur culpa pollutionis: Quia est ea causa notabiliter influens, & tenebatur ille præuidere. Si tamen non ita duret ea cogitatio turpis, vel ea ad sint circumstantiæ, vt non timeatur probabiliter pollutio: ò erit peccatum mortale, pollutio præter opinionem secuta. Ducor, quia aliàs omnis consensus

ii

in delectatione veneream, si propter spem sequatur pollutio, haberet pollutionis malitiam, essetque peccatum contra naturam: imò licet non sequatur, ratione periculi. Quia daretur causa notabilis pollutionis. Quod nemo dicit. Item, quia cum probabile non sit, fore ut illa pollutio subsequatur, non debuit praevideri: ac subinde nec indirecè est volita, nec culpa potest tribui.

Quintò inferitur, inter omnino solutos, id est, qui nec matrimonium, nec sponsalia inter se inierunt, nullum actum habere malitiam mortalem, eò quòd sit pollutionis praeiussa, & non interite causa, nisi secluso eo pollutionis periculo, esset mortalis contra sextum Decalogi præceptum. Quia soli tales actus sunt notabilis causa pollutionis. Et quando ex se notabiliter influent, & excusare notabilis necessitas à pollutione, similiter excusaret à culpa contra sextum præceptum, vt constat in tactibus impudicis chirurgi ad medendum feminæ iuxta dicta nu. 8. Constat etiam hoc corollarium ex dictis nu. 16. 19. & 20.

Exipte tamen, nisi in venerea delectatione voluntas negatiue se habeat, nec admittens nec respuens. Quævis enim sit probabilissimè non esse mortale cessante consensu periculo: at si periculè sit pollutionis, quantum non sit consensus, periculum, est mortale. Quia tenetur homo sub mortali auferre causas notabiliter ad pollutionem concurrentes. Qualis est hæc. Imò (vt rectè ait Syllu. verb. delectatio. q. 1. d. 4.) est mortale, tunc tepidè resistere, præuiso eo periculo. Sed tenetur voluntas feruētius se habere, quòd causam illam pollutionis auertat.

Sextò inferitur, non esse attendendū ad hoc vt pollutio præuisa, nec interita, sit mortalis, an causa sit in se mortalis secluso eo periculo pollutionis, vel licita. Stat enim causam esse mortalem, & pollutionem solam venislem: vt quando non est causa per se. Vt constat ex dictis num. 16. & duplici sequenti. Stat etiam causam esse ex se licitam, & effici mortalem, ob pollutionis periculum. Vt constat in tactibus coniugatorum: & dicemus num. 34. & sequentibus. Sed quia inter omnino solutos nulla datur causa notabiliter influens absq; vrgenti necessitate exercita (quod desideratur, vt pollutio sit mortalis) quin ea seclusa, sit in se mortalis: idèd num. 24. dixi solum actū mortaliter turpem inter eos, habere pollutionis malitiam. Vt autem regula generalis tradatur, ea esse debet. Quando causa pollutionis præuisa, notabiliter, & per se influit, nec adest vrgens necessitas illam exercendi, tribuitur culpæ mortali pollutionis, eaq; culpa afficiet causam, quoduis alia licita esset. Huiusmodi autem causa, solæ sunt res venereæ.

Ultimò inferitur, in quo sensu vera sit illa regula, quam num. 13. reuli ex aliquibus Doctoribus nimirum, Talis est pollutio in bonitate, & malitia, qualis est causa, in qua præuidetur, quando præter voluntatem, & absq; consensus periculo accidit. Primò enim intelligenda est, quòd causa est turpis, ad luxuriamq; pertinens, & notabiliter influens. Nam extra hoc genus rerum, licet causa sit mortalis, pollutio non est mortalis. Vt probauit num. 16. 19. & 20. Deinde, quando causa aliàs est licita, & ad venerem pertinens, & consequenter ex se pollutionem excitans, intelligenda est regula, vt talis sit pollutio, nēpe, licita. Quando causa vrgens cogit ad non vitandum illam causam. Et in hoc casu verum dicitur Nauarra, Valentia, Metina, Zumel, Manuel nomi. citati, dum causam necessitatis postulant excusantem, in eo qui dat operam reit licita, in qua pollutionem præuidet, ne peccati pollutionis præuisa reus sit. Nā vniuersaliter, vt ipsi statunt dicentes aliàs esse peccatum mortale, verū non habet, vt constat ex dictis: habet tamen verum vniuersaliter, ne sit culpa venialis contra castitatem (vt dixi num. 23.) Et quando sunt res venereæ, quæ inter omnino solutos essent culpa lethalis, requiritur dicta causa vrgens excusans, ne tribuatur culpa lethali pollutionis illa præuisa, etiam in causa licita. Vt constat ex dictis. n. præcedenti.

Secunda conclusio. Pollutio nullo modo in se volita, sed indirecè in causa, quæ iuxta dicta num. 16. est peccatum mortale, est vere peccatum, & ita appellanda est: sed non est peccatum inter rationis sui imputabile, sed exterius, & imputabile ratione causæ, in qua est præuisa, & volita. Et idèd non addit nouam malitiam denuo imputabilem, malitiæ volutionis causæ. Quia vt verè sit peccatum, non oportet at sit in se volita, sed satis est volitam esse in causa. Sic docent Abul. cap. 5. Matthæi. q. 246. ad finem corporis vers. tertio modo. Sotus 4. d. 12. q. 1. art. 7. propositione 1. & 2. L. de summa 1. 4. q. 2. art. 7. dubio 1. Corduba in quaestionario, lib. 2. q. 23. colum. penult. §.

quintò

quintò probatur. Eniquez lib. 8. de Euchariſtia ca. 5. in nom. 2. in commento, liter. F. Ludouicus Lopez 2. p. instr. de Euchariſtia cap. 76. §. secundò aduertendū. Vnde dum Palud. 4. d. 9. q. 3. art. 1. concl. 4. nu. 5. & ibi Maiors. q. 2. concl. 3. Martinus de Magistris. q. de pollutione nocturna. Nauarra. summa cap. 16. Hispanè num. 7. Latine num. 8. dicunt eam pollutionem non esse in se peccatum, sed in causa. Quod idem significat D. Thom. 3. q. 80. art. 7. corp. dom ait pollutionem nocturnam non posse esse secundum se peccatū, sed quòdòq; habere peccatū annexū ratione causæ intellegendi sunt, vt nō sit in se peccatū noua malitia imputabile, malitia suæ causæ diuersa. Et ita Maiors. stricè cōcl. 4. se explicat.

Hinc deducitur primò, si datam causam culpabilem pollutioni, penituerit legitime causæ data, antequam subsequatur, vacare culpa pollutionem postea subsequatam. Quia cum causa sit interita, iam pollutio est omnino involuntaria. Sic Maiors 4. d. 9. q. 2. concl. 2. Gerson. 2. p. tract. de pollutione diurna, propositione 1. sine, alphanbero 38. litera E. Sotus 4. d. 12. q. 1. art. 7. vers. hinc fit. Corduba relatus nu. præcedenti. Enriquez lib. 5. de penitentiâ cap. 5. nom. in commento, litera A. & lib. 8. de Euchariſtia cap. 51. nu. 2. commento, litera H. Angles floribus 2. sent. d. 37. de essentialibus peccatorum omissionis. q. 2. difficult. 7. Ludouicus Lopez 2. p. instr. de Euchariſtia cap. 76. §. sequitur etiã secundò Metina. 2. q. 71. art. 7. col. ult. in solutione ad 1. Manuel 1. tom. sum. 2. editione. c. 211. nu. 2. Grassis 1. p. de cōfessionibus, lib. 2. c. 87. nu. 14. si. Vega 2. tom. summa cap. 67. casu 3.

Secundò deducitur, quantum de se non sit satis fateri causam pollutioni datam, sed etiam fatenda ipsa pollutio sit, tanquam vere, & proprie peccatum. Quod affirmat Ledesma 1. p. 4. q. 21. art. 7. dubio 1. §. & ad argumenta. Et supponunt Sotus 4. d. 12. q. 1. art. 7. vers. hinc fit, & Ludouicus Lopez 1. p. instr. c. 31. §. præterea quia omnibus, & 2. p. c. 76. de Euchariſtia. §. sequitur etiã secundò. At si quis ante subsecutam pollutionem confiteatur causam datam, est probabile non teneri postea fateri pollutionem subsecutam. Quia iam nullam habet malitiam, & satis expressa est in sua causa. Nec est simile de eo, qui percussit hominē, falsiq; est percussorem: tenetur enim mortem postea subsecutam fateri. Quia pollutio nullo modo fuit in se volita, sed præter

ter intentionem accidit: nec ita influit causa data in eam: sicut percussio in mortem. Exita Sotus ibi dicit fortè hoc esse verum. Tutius tamen ait esse, & Ludouicus Lopez vtroq; loco citato, ipsum sequens, fateri pollutionem postea secuta. Quia apertius factò secuto innotescit prior culpa.

Tandem inferitur, non esse audiendum Martisium 2. q. 21. ar. 2. Supplemento 2. dicentem, fieri posse, vt ebrius, vel dormiens amittat gratiam, vt si tunc admittat homicidium antea præuisum: vel incidat in pollutionem præuisam in delectatione venerea antea habita. Quia causa in qua præuisa sit, & debuerit vitari, iam contraxit malitiã mortalem effectus subsecuti, & tunc gratia perditã est. Quòd si causa per legitimã penitentiam interita sit, effectus postea subsecutus non imputabitur culpæ (vt nu. 29. diximus) atq; ita gratia per penitentiam illam causæ recuperatã non deperdet: ille factus ebrius, aut dormiens. Atq; ita alij etiã rationibus id reprobat Metina 2. q. 71. ar. 5. vers. est aliud dubium. Enriquez lib. 4. de penitentiâ cap. 5. num. 5.

Ultima conclusio. Quoties est peccatum mortale dare causam pollutionis præuisæ non remouendo causam notabiliter in flagres. Similiter est mortale dare causam notabili distillationi, aut commotioni spirituum vitalium seruientium generationi, per similes causas. Quia hæc distillatio, & commotio spirituum, est notabiliter turpis, & quasi inchoata pollutio. Quod num in coniugatis habeat verum? dicemus nu. vltimo.

Ad argumenta primæ sententiæ num. 11. proposita respondetur. Ad primū, dic non esse eam pollutionem graue damnum corporis, cum non sit à causa excitata, & quasi cogente, orta, sed potius ex virtute naturali expellente semen non necessariū procedat. Nec animi: cum non sit probabile consensus periculum. Vt supponimus. Ad secundū, dic semen quoad hoc se habere, instar partium, quæ in nutritione acquiri possunt, & deperdi: & nō sicut manus, aut pedes, vnde hæ partes sine vrgentissima causa non licet abscindere: illas verò non constringitur homo retinere, quos vt excrementa, virtus naturalis expellit. Atq; idem est de semine. Ad confirm. dic antecedens esse verum, quando semen ex intentione prodigitur: secus quando præter intentionem. Ad tertium, dic stricè esse præceptum vitandi homicidij: vt satis probauit num. 15. & similiter stricè esse vitã-

di

di illam fornicationem. Quia applicatio ad coitum sic per actum ad luxuriam pertinentes, per vires animalicas. At pollutio quae non tenetur quis vitare in causa, procedit ex causis per accidens, & secundum quid, nec ad luxuriam pertinentibus, aut si ad illam pertinent, sunt leues. Ad quartum dic, antecedens esse verum, de vitatione. non dando operam, causis quae per se pollutionem excitent. Secus de causis per accidens, & secundum quid. Ad quintum, dic naturam commississe homini semel ad finem institutum, interdicendo ne per liberam voluntatem, aut causas notabiliter influentes, deperderet illud: secus quando prae voluntatem, non remouendo causas per accidens. Ad sextum dic, esse defectum voluntarii. Quia non est directè volita, nec indirectè, mortaliter, & imputatione ad culpam mortalem: sed veniale: quando procedit ex causis per accidens, & secundum quid. Et licet materia sit grauis, at obligatio in hoc euentu est leuis. vt probauimus num. 15. Ad septimum dic, id esse verum, quòd tenetur vitare antecedens, vel causam. Effectus enim prauius, nec intentus in causa, quam non tenetur aliquid vitare, non dicitur voluntarius etià in directè. Ad confirm. dic, licet quasi physice dicantur voluntarii ambo effectus, at moraliter, & imputatiue ad culpam minimè dici voluntarios, nisi quando quis tenetur ob effectum cessare à causa, & sub ea culpa, sub qua tenetur. Ad octauum dic, reliqua praecepta strictius obligare quoad hoc. Quod omnes scire debent. Quia equitatio, studium, audire confessiones, non excusant à sacri auditione, horis canonicis recitandis. Sicut excusant iuxta omnes à culpa pollutionis prauius. Atq; ita donum prolis non existentis, & requiritis tot alia ad sui existentiam, non ad quatuor illis obligationibus. Ad nonum dic, obligare ad abstinentiam à causa per se, & notabiliter excitari, sub culpa mortali: à reliquis verò sub veniali, si vititas, & necessitas desint. Ad argumeta secundae sententiae proposita nu. 12. respondetur. Ad primum dic, quòd rem veniale exercere non profequatur ius suum, quatenus est culpa, at profequitur, quatenus res illa est causa per accidens pollutionis prauius. Non enim praecipuum vitandi eam pollutionem obligat ad rem adeò difficilem, vt est veniales eius causas excusare, nisi sub sola culpa veniali. Ad secundum dic, communicare suam militiam causam, quam tenetur

operans vitare, & eo modo quo tenetur. Ad tertium dic, esse disparem rationem. Quia excessus in potu est per se causa ebrietatis. Ad quartum dic, quòd non tenetur vitare causas venialibus, quàm ex alijs. sequatur pollutio, non violari notabiliter id praecipuum. Quia leuiter concurrunt. Vnde sola culpa venialis erit ab illis non abstinere. Ad argumeta tertiae sententiae num. 13. proposita respondetur. Ad primum dic, licet non sit tanta difficultas in vitandis mortalibus, at quòd ex causa in se mortales, non sunt causa per se pollutionis, excusare hoc à culpa mortalis ratione. pollutionis prauius in illis, contrahenda labe. Et quòd operans non habeat ius ad illas causas, in quòd peccata sunt, & ideo peccet. At id non prouenit ratione pollutionis in eis prauius: & ideo non peccat mortaliter hoc ratio nem. Ad secundum, constat ex dictis nu. 27. Id enim verum habet in causis per se pollutionis, & notabiliter ad illam conferentibus. Quales sunt venereae. Ad confirm. dic, nullo modo probare illam sententiã. Solim enim sentit D. Aug. minimè Lohr peccasse in incestu. Quia nullo modo fuit prauius.

SUMMARIUM.

Actus inter coniugatos sine illiciti, quòd adesse pollutionis periculo non estur quaedam sententia. num. 34.
 In reddente an sint peccati, cum eo periculo. 35.
 Non semper sunt illiciti etiam in petente, ob id periculum num. 36.
 Quid, de tactibus impudicis cum eo periculo. 37.
 Quid, de tactibus, qui mariti amo. in coniugalis sunt indicia. num. 38.
 Quid, de tactu coniugis secum cum eo periculo. num. 36.
 Quid, de delectatione morosa copula cogitata cum eo periculo. num. 40.
 Quid, de verbis, & aspectibus carnis inter coniuges, cum eo periculo. num. 41.
 Quid, si ex his omnibus sola diluatio sequatur cum commotione in vtriusque generationis de seruentibus? num. 42.

Questio secunda. An tactus inter coniugatos, delectatione morosa, asperctus, verba turpia, quae omnia distimus disputatione praeced. licita esse: reddatur illicita ratione periculi pollutionis in alterutro coniuge prauius? Quorundem Doctores viderim, id de tactibus affirmare, asserentes esse mortales inter illos, vbi cum pollutionis periculo habet. Quia licet coniugis dent opera rei licitae, at tactus illi sunt causa per se pollutionis, & notabili-

34

ter

ter ad illam habendam influens. In quo euentu diximus nu. 26. reddi eandem mortaliter illicitam ratione pollutionis prauius, quòd eo periculo seculò seculò licita esset. Atq; ita debent Palud. 4. d. 31. q. 3. art. 2. num. 17. D. Anton. 3. par. 1. r. cap. 20. §. 6. Angelus verb. debitum num. 261. vbi Sylu. q. 7. & ibi Armilla num. 8. & verb. impudicib. num. 37. Caiet. summa verb. matrimonium cap. vltimo. §. vltimo. & verb. interrogations confessorum, in interrogationibus circa 6. praecipuum. Rosella verb. debitum num. 12. Victoria summa de matrimonio. num. 274. Sotus 4. d. 31. q. vnica. art. 4. sine. vbi Quandus. q. vnica. propositio. ne 3. Nauar. summa cap. 16. num. 42. Ledesma 2. par. 4. q. 5. art. 6. propositio. ne 8. Margarita confessorum 6. par. cepto. folio 88. Medina lib. 1. summa cap. 13. §. 18. & cap. 16. §. 1. vers. lo nono. Alexander in suo Enchiridion. 2. par. praecipuum 6. vbi de debito coniugali §. si ex tactibus. Angles floribus 1. par. de matrim. q. 5. de bonis matrimonij, sine. Bartholomaeus à Ledesma dubio 2. de matrim. sine. Petrus à Ledesma de matrim. q. 49. art. 6. sine. Enriquez lib. 1. de matrim. cap. 16. num. 6. Manuel 1. tomo summa 2. editio. cap. 21. num. 1. & cap. 24. num. 9. Vitaldus candlabro Sacramentorum 1. p. de matrim. num. 260. Philiaurus de officio Sacerdotis, tomo 1. par. 2. lib. 4. cap. 19. paulo post principium. Emmanuel 6. summa verb. luxuria. §. of. cala. & c. §. 8. Grassis 1. par. de cõfessionum libro 2. cap. 8. num. 21. & cap. 74. sine. Et idem dicitur Caiet. summa verb. matrimonium cap. vltimo. Armilla verb. debitum num. 8. Bartholomaeus à Ledesma dubio 28. de matrim. sine. si coniux expertus sit ex ijs tactibus sequi pollutionem, & attendens periculum, eis vratur: nam quòd pollutio minimè sequatur, peccabit mortaliter ratione periculi, cui se exposuit. Et quòd aliqui ex his Doctores loquantur de tactibus impudicis: vt Caiet. Sotus, Nauar. Medina, Alex. Grassis, Philiaurus. At rabsq; dubio non faciunt viam in tactibus eò, quòd sint impudici. Et ita iudicet Caiet. Medina, & Grassis in altero loco ex duplici citato de tactibus impudicis, in altero verò, de omnibus loquantur.

35

Prima tamen conclusio sit. In reddente non sunt mortales ij tactus, sed liciti, quòd ad sit periculum pollutionis in alterutro coniuge, modò non sit consensus in

ipso reddente in pollutionem illam. Haec conclusio quòd à nemine explicetur, non tamen est contra aliquem (ni fallor,) ex Doctores num. praecedenti allegatis. Et ratio illius est. Quia reddens dat operam rei licitae, ad quam obligatur ex iure alterius. Item, quia culpa vacat ij tactus exerciti cum periculo pollutionis, vbi adesse causa vrgens (vt diximus num. 26.) At factus vrgens est causa reddendi tactus ab altero coniuge ex istos. Hoc tamen temperare, nisi tactus tales sint, vt ita ad pollutionem tendant, vt sine quasi pollutio inchoata, & coniuges in eo loco existant, in quo copulam habere nequeant, prauius pollutionis periculo. Vbi si vir à femina petat, vt eius virilia atretet, moueatq; aut velit digitos in vxoris vas introumittere; ibiq; persistere, quasi copulam exercendo, vtens digitis in ista membra virilis. Quia eiusmodi tactus sunt, quales inchoata pollutio, & proxima ad ipsam via, quando ad propinquam copulam non disponunt, sed in eo loco exercentur, vbi non est opposunitas copulae habende. Et hoc videntur sentire Nauar. summa cap. 16. num. 42. vbi postquam initio dixerat esse mortales tactus inter coniuges cum periculo pollutionis, in fine ait similiber peccat mortaliter coniugem non facientem se ad consentiendum. Secunda conclusio. In coniuge petente non semper sunt mortales tactus cum periculo pollutio in se, vel in altero coniuge, quando nec ea est intentio, nec est consensus periculum. Sed erunt mortales quando abiq; causa vrgens hui exercetur. Probatur, quia licet hi tactus sint causa per se pollutionis, at excusant tali causa operam dantem vrgens causa (vt probauimus numero 8. §. 26.) At aliquando adesse talis causa, vt dicemus num. 38. & conclusio haec magis consistit ex corollarijs ex ea deducendis.

Hinc deducitur primo, tactus impudicos in coniuge petente, cum pollutionis in se, vel in altero coniuge, periculo, nisi in eo loco sint, vbi aduenient periculo possint faciliè copula vri, vt pollutionem vitent, esse semper culpam lethalem. Et constat ex omnibus Doctores num. 34. relatis. Quia ij tactus necessarii non sunt inter illos ad nutum amorem in dieandis, sed solum quòd se ad copulam statim habenda preparant. Et ex alia parte notabiliter pollutio non excitant. Secundò deducitur, amplexus, & oscula, & alios tactus sollicitos exerceri inter co-

iuges

38

iuges ad mutuum indicandum, fovendūq; amorem, & turpitudine carentes, minimè damnanda esse de culpa lethali, ob periculum pollutionis prævisæ: quâdo non nimia voluptas adest, nec incitat, sed tãquam indicia amoris exercentur, represso excessu libidinis insurgentibus. Et in hoc casu tempore doctriam generalem num. 3. 4. relata, damnantem hostatū. Ducor, quoniam eausa vrgens adest huiusmodi tactus exercēdi, vt mutus indicetur, foueaturq; amor inter coniuges: magna; austeritas esset, & valde minueretur amor, si ab huiusmodi tactibus abstinerent. Deinde, quia amplexus inter sororem & fratrem foris venientes ad indicandum amorem, & ne austeri, & inurbani videantur, non damnantur ob pollutionis prævisæ periculum (vt num. 8. probauimus.) Cur ergo inter cōiugis damnandi sunt: Eo vel maximè quòd vbi non nimius libidinis ardor incitat eos, sed voluntas mutui amoris fovendi, non influūt notabiliter in cōiugatis ad pollutionē. Quāuis in omnino solutus, quibus copula est interdicitā, influerent: Hæc est enim praua nostræ naturæ corruptio, vt semper in vetitā nitamur.

39 Tertiò inferitur, tactum quo coniux semet ipsum tangit cum pollutionis periculo, esse culpam mortalem. Quia ad eam valde influit: nec causa vrgens illum exercēdi adest. Quāuis eo periculo secluso non sit culpa mortali tribuendus. Vt disp. præced. nu. 16. contra alios defendi, vbi & Doctores retuli afferentes esse culpam mortalem existenti pollutionis periculo.

DISP. QUADRAGESIMA SEXTA.

Vtrum inter sponsos de futuro, licita sine tactus, aspectus, & verba turpia? Et generaliter quando hæc inter omnino solutos sint peccata mortalia?

SUMMARIVM.

39 **Q**uæstiones disputande sunt. num. 1. Tactus omnes non sunt supra naturam illiciti, sed indifferentes. num. 2. Oscula, & amplexus ex amore honesti habitati, & ob honestam delectationem quâdo sint liciti tactum. 3. Quotupliciter possunt ad delectationem veneream referri, & an sint mortalia, habita ad experiendam copula delectationem? nu. 4.

41 **Q**uartò inferitur, delectationem mortalem coniugis in copula coniugalis cogitatione, quam secluso pollutionis periculo, diximus disp. præcedenti num. 5. non esse mortalem, effici culpam lethalem eo periculo præuiso. Quia est res ad venem pertinens, valdeq; ad pollutionem incitat; & desideratur causa vrgens. Atq; ita docent D. Anton. 3. p. tit. 7. cap. 1. §. 6. sine. Rosella verb. delectatio num. 3. Tabiena verb. cogitatio, sine. Armilla verb. delectatio num. 4. Viguerius lib. instic. c. 3. §. 5. vers. 5. ad fin. Metina r. 2. q. 7. 4. art. 8. paulò post principium. vbi Zemel disp. 4. dubio 3. sine. Vazquez ibi disp. 1. 3. num. 4.

43 Tandem inferitur, aspectus, & verba turpia cū delectatione venerea sufficienti ad culpam lethalem inter solutos, quâuis inter coniugatos secluso pollutionis periculo ab ea excusentur (vt diximus disp. præcedenti num. 17.) minimè ab ea excusari, eo periculo existente. Quia valde iuuant ad pollutionem habendam; & deficit causa iusta.

43 **V**ltimo conclusio. Non existimo esse mortale in coniugatis, per tactus, aspectus, & verba turpia, delectationemq; veneream ex copula cogitata exsurgentem, dare causam commotioni membrorum, feruenti generationi, & incutere in dissipationes prævisas. Quāuis inter solutos dixerim num. 3. id esse lethale. Nam hoc non est graue damnum generationis in tali statu; & aliunde ea delectationes, & spirituum commotiones in eis, vacant culpa mortali. Vt probavi disp. præcedenti nu. 3. & 4.

Quid,

Quid, de tactibus impudici causa socii, aut curiositatis? num. 11.

Quid, de his tactibus inter personas eiusdem sexus? num. 12.

Quid, de osculis, & tactibus carniū infantiliū? num. 13.

Quid, de tactu secummet? nu. 14.

Quid, de tactu, & confectione partium vendatarum brutorum? num. 15.

Quid, de tactibus leuibus, vt manuum, brachiorum? num. 16.

Quid, si in his tactibus delectatio reperitur? numer. 17.

An in tactibus sint consensenda eadem circumstantia, quæ in opere? num. 18.

An Sodomiticus accessus ad cōiugata feminam: vel si coniugatus vir patitur accessum sodoomicum: & deniq; quicunq; tactus in quo non sit emissio seminis coniugis, habeat circumstantiā adulteri: & matrimonij lex obliget coniuges ad abstinentiā à mentis cogitatione? num. 19.

Soluuntur argumenta. num. 20.

Post num. 20. inuenies alia summaria.

Quò perfectius quæstio hæc dissoluatur: præmittere oportet, quòd hæc omnia inter omnino solutos lege matrimonij, & sponsalium, mortali malitia afficiantur. Et idè quadruplex est disputanda quæstio. Prima, de tactibus inter omnino solutos. Secunda, de aspectibus turpibus inter eosdem. Tertiā, de verbis turpibus inter eos. Quartā, de his omnibus inter sponsos de futuro.

Quæstio prima. Vtrum delectatio in tactibus inter omnino solutos, sit peccatum mortale? Præmittenda sunt duo in omni sententiā, certa. Primum est. Tactus non sunt de se, & intrinsecè mali, sed indifferentes. Quia formalitas nomine tactum ex pressa, est quædam actio sensus, quæ de se mala non est: & potest fieri licitè, si causa est honesta: & illicitè, si in honesta sit. Et ita docet D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 4. quem omnes sequuntur. Imò tactus quibus vir pudenda femine attrahat, indifferentes esse, bene tradit Nauar. cap. si cui, de peccat. d. i. num. 13. Supplementum Gabriellus 4. d. 31. q. vnica, art. 3. dub. 2. Possunt enim aliquando licitè fieri: vt causa medicandi.

Hinc fit oscula, & amplexus ex benevolentia, & amicitia honesta habita secundum patriæ consuetudinem, culpa vacare. Quia ibi nulla est turpitudine, sed calus amor. Sic

D. Thom. n. præcedenti allegatus, cui nemo contradicit. Idem dicen dum est, quando habentur ob delectationem honestam. Vt ad augendam amicitiam, & benevolentiam honestam. Quāuis inde motus sensualitatis inordinatus, & delectatio venerea insurgant, minimè assensum præstante voluntate. Quia finis est honestus, & contra voluntatem prauus ille motus insurgit. Ita docent Nauar. cap. si cui, de peccat. d. i. nu. 15. Manuel. 1. tomo summæ 2. editione cap. 203. num. 2.

Secundum suppositum est. Delectatio venerea in osculis, & amplexibus, alijq; tactibus capta, esse potest in duplici differtia. Quæ dicit delectatio venerea ipsius copulæ. Et tunc constat inter omnes esse peccata lethalia, tactus ob eā delectationē habitos, inter solutos: sicut & ipsam copulam. Altera autem est delectatio sensibilis venerea, & libidinosa ex ipsi tactibus cōsurgens, sistendo in ea, nec intendendo copulā, nec illius voluptatem. Et de hac est specialis difficultas, an efficiat oscula, & amplexus, quæ de se in differtia sunt, culpam lethalem esse.

Dicitur autem delectatio Venerea, seu libidinosa, quæ in ipsa carne sentitur. Vt docent Caiet. summa verb. impudicitia, statim in principio, & ibi Armilla nu. 1. Quod clariùs explicat Tabiena verb. cogitatio. q. 8. nu. 9. post medium, dicens tunc contingere, quando sentitur in carne, cū commotione spirituum subseruientium generationi circa partes libidinosas. Ad differtia eius delectationis, quæ placet tactus, aut visus proprii corporis, vel alieni, sine vlla libidine, ob solam proportionem, & connaturalitatem cum organo tactus, aut visus. Sicuti tactus rei blandæ, & visus rei pulchræ, organa visus, & tactus, naturaliter delectant.

Consistit ergo difficultas in hoc, an oscula, & amplexus femine à viro habita, ob solam veneream, & sensibilem delectationem ex ipsi confluentem habita, abscq; alia sinistra intentione, sint culpa lethalis. Quidam enim id negant. Ducuntur primò. Quoniam D. Paulus ad Ephes. 5. vbi cauendū præmiserat fornicationem, auaritiā, & turpitudinem, subdit hæc. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hereditatem in regno Christi. Vbi dum significauit prædicta esse lethalia, dicit ea à Christi regno excludere: subicit turpitudinem, cætera commemorans: censuit

Q 999 ergo